



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

4. Tres conditiones requisitæ, ut quis ab excommunicationibus reservatis absolvatur per inferiorem in dictis casibus reservatis.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

§. IV. Tres condiciones requisitæ, ut quis legitime ab excommunicationibus reservatis absolvaatur per inferiorem, in casu periculi mortis, impedimenti perpetui, &c.

Eiusmodi tres condiciones, quæ præter ceteras communes, hic requiruntur, hæc sunt. Promissio de comparando: Promissio de stando mandatis Ecclesiæ: Satisfactio partis. Quamvis autem earum aliquæ necessitatem interdum etiam sint pro Absolutione excommunicationis non reservatæ, tamen, quia maximè requiruntur pro reservatis, hic proprius est locus illas omnes universaliter explicandi; quod jam separatim præsto.

PRIMA CONDITIO.

Promissio de comparando.

1. Cum quis, ob periculum mortis, vel impedimentum perpetuum, longive temporis, iuxta ac dictum in præcedentibus est, absoluitur ab excommunicatione reservata per Sacerdotem aliàs non valentem eam excommunicationem absolvere, debet præmittere, & ad id Sacerdos pœnitentem obligare, ut cum primum commodè poterit, quando nimirum forte coequalleat, vel desinet impedimentum (id quod morali modo, juxta condiciones personæ, loci, temporis est judicandum) compareat coram Superiore, non ut accipiat Absolutionem, jam enim in illo periculo eam accipit, sed, ut, vel pœnitentiam, vel remedia ab ipso habeat de commissio delicto; idque sub pœna reincidentie, id est, si non compareat, præter peccatum inobedientie in re gravi, reincidat in eandem, hoc est, in similem excommunicationem, à qua fuerat absolutus, ut latè explicat De Lugo de pœn. l. 2. c. 10. num. 203. Castrop. sem. 1. tract. 4. §. 4. part. 3. §. 1. c. 10. c. Quamvis, c. ea noscitur de sent. excomm. c. eos, qui eodem in 6.

Scio Dianam p. 10. tract. 14. ref. 63. approbare, tanquam non improbabilem, sententiam Januarii, de cassib. reserv. ref. 12. dicentis hanc obligationem, quam habet absolutus à censura reservata in periculo mortis inducitur olim à Sacris Canonibus, c. eos, qui de sent. excomm. in 6. fuisse abrogatam à Tridentino pro foro conscientie, dum pro illo articulo dixit, nullam esse reservationem: Scio, inquam, hoc, sed non est recedendum à nostra Doctrina, quæ est communis Doctorum.

2. Dixi (ab excommunicatione reservata) nam pro casibus reservatis, quibus non est connexa excommunicationis, nullum adest jus commune, quod obliget ad hujusmodi promissionem de comparando, quando quis absoluitur (ut supra vidimus) in periculo mortis vel perpetuo impedimento, longive temporis: & præterea pro his casibus in eo tempore, quilibet Sacerdos directè omnia peccata absolvere potest, quia ex Tridentino habet omnimodam potestatem legitimi Confessarii; ut notat rectè Diana aliique p. 10. tract. 14. ref. 63. v. & tandem lege; item Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 13. n. 24. & 25. & Castrop. l. c. n. 17. quidquid dicant Vasq. & G. Hurt. apud De Lugo l. c. n. 208.

3. Dixi item (quam primum poterit, &c.) ut notarem ab eo, qui judicatur certo moriturus, vel certo nunquam fore liberandus à dictis impedimentis, non esse exposcendam ejusmodi promissionem, quia inutilis esset. Imò notant Sanchez l. c. n. 30. & Castropalaus, l. c. n. 18. si per errorem Confessarii data fuisset à dicto pœnitente dicta promissio, etiam jurata, non obligari deinde ad illam, memoratum pœnitentem, si forte, v. g. per miraculum cessaverit impedimentum, quia, stante eo impedimento, non obligabatur iurare: quod si juraverit, non se intendit obligare, nisi juxta intentionem legitimam Confessarii, & juxta sacra jura: at Confessarius legitime operans, & jura non intendunt obligare eum, cui impedimentum nunquam erit defuturum. Sed certè

Part. III.

hic casus nimis rarus erit, & fortasse, quia noscere non possumus, an affuerit miraculum, physice impossibile.

Contra, si quis dictas excommunicationes absolvens negligeret de ea obligatione pœnitentem admonere (quam certè admonitionem scienter omittere, est mortale, quia res est gravis) adhuc pœnitens, quando eam obligationem resciverit, obligabitur sub mortali, se Superiorem sistere: siquidem, hæc est dispositio Sacrorum Canonum in re gravi lata (ut omnes Doctores supponunt) etiam pro foro conscientie; atque adeo ab omnibus observanda.

3. His communibus explicatis, sunt pro praxi tres Notationes superaddendæ. Prima, Sacerdos communis in prædictis necessitatibus vrgentis mortis, vel perpetui impedimenti absolvens ab excommunicatione, quam absolvere aliàs non potest, debet ex iure exposcere à pœnitente, non solum dictam promissionem, sed etiam illam iuramentum vallatum. Ratio est, quia tunc c. Quod de his, de sent. excomm. & sapè in eodem ut. ejusmodi Sacerdos se habet perinde, ac Confessarius absolvens ab excommunicatione reservata.

6. Notatio secunda. Cum certum sit, quando, quis absoluitur in necessitate, saltem ab excommunicatione, si quis suadente, per Iudicem Papa inferiorem in foro externo, Pœnitentem debere iurare, se, cum poterit, ad Pontificem aditurum, ut in præced. dictum est, debebunt ne emittere idem iuramentum adeundi legitimum Superiorem, qui absolvanter per Confessarium in foro Sacramentali Pœnitentia à dicta excommunicatione percussione Clerici, ut item ab aliis.

Respondeo, Affirmant, & quidem probabiliter non pauci, ut Theod. de pœn. Eccl. p. 1. c. 22. cum Ayala Sanchez, Tanero, Henricq. Duar. in Bull. Cœna. l. 3. §. 4. q. 2. etiam in aliis omnibus excommunicationibus.

7. Sed certè mitius loquuntur alii, ut Bordo. t. 3. contr. 27. n. 60. Filline. p. 1. tract. 1. c. 10. n. 332. Boss. de lubil. sec. 2. casu 22. num. 16. Taner. Palq. de lub. q. 262. loquens solum quando quis absoluitur ex vi lubilii. Nec improbabili-ter, hoc est, tum in prædicta Absolutione percussione; tum in aliis excommunicationibus, satis esse pro dicto foro Sacramentali seriam promissionem, siue iuramentum, quæ tamen obligabit, ut modo dixi, sub mortali. Ratio hujus probabilitatis est, tum quia iura de hac re, cum sint odiosa, restringenda sunt, tum quia, ne Sacramentum Confessionis novis obligationibus difficilius evadat, rectè intelligi possunt de solo foro externo.

8. Notatio tertia. Sub hoc onere comparandi absolutus, satis obligationem sibi impositam adimplet, si compareat, siue personaliter, siue per alium (qui sine necessitate nominandi pœnitentem, pœnitentis delictum explicet) si compareat, inquam, vel coram Superiore iure suo potente absolvere illam excommunicationem, seu delictum, vel si compareat personaliter coram ejus Delegato, quales sunt illi Regulares, qui, ut superius vidimus gaudent multis privilegiis, & quales sunt Confessarii per lubilium, & Bollam Cruciatæ, de quibus mox. Ratio est clara, quia hi delegati sunt loco Superioris in iis, in quibus potestatem habent absolvendi. Ita Bard. in Bulla Cruc. p. 2. tract. 6. cap. 4. sec. 7. De Lugo de pœn. d. 20. n. 201. & alii.

SECUNDA CONDITIO.

Promissio standi mandatis Ecclesiæ.

9. Ut propositum amplius non peccandi, quod in omni peccatorum Absolutione requiritur, firmiter persistat, quando quis de reservatis absoluitur, iura c. Ex te- nore, c. Gravem, c. Nuper de sentent. excomm. exposcunt, ut absolvendus ab aliquibus gravibus delictis, adhibeat iuramentum de parendo mandatis Ecclesiæ, hoc est, de iterum non committendo simile delictum. Iam difficultas est, an ejusmodi iuramentum sit exigendum, non solum, quando quis absoluitur pro foro externo, verum etiam, quando pro interno in Sacramento Pœnitentia?

H 3

10. Respon

11. Hæc sententia probabilis est, quoad alias excommunicationes, nam de contentis in Bulla Cœnæ, dicam infra cap. 33. *num.* 33. & 34. Interim univèrſaliter moneo, prudenter faciendum Confessarium, si iuramentum hoc exigit, quando advertit, fore, ut pro illud pœnitens magis pœnetret gravitatem delicti, sequè ab illo facilius abſtineat; nam si prævideat periculum iterum labendi, vel quid simile, nequaquam exigit, ne peierandi occasio- nem proximo præbeat.

Satisfactio.

13. Hinc fit, ut poena pecuniaria, si forte debeatür Fisco, vel Ecclesiæ, vel Notario, non veniat in hanc præsentem considerationem, quia prædicti hîc non sunt pars læsa.

15. Iam vero quoniam certum est, te, antequam impendas absolutionem, debere sub mortali exigere à penitente, ut satisfaciatur, vel reddendo ablatum, compensando iniuriam factam, vel remissionem ab eo obtinendo, &c. Quærimus Primum quid faciendum in praxi, si ea præmitti non possit, sive ob impotentiam penitentis, sive ob dubium, quod forte vertitur de qualitate satisfactionis, sive ob obstinationem partis læ læ, quæ non est contenta satisfactione rationabili sibi oblata, sive ob quid simile?

futura, nihil requirendum à penitente, num refusa
neq. requireret. Sic Suar. Hurt. Prapo. Tunc
Dianam p. 1. r. 9. r. 11. & p. 1. r. 11. r. 14. & r. 15.
quâdo potentia prohibendi futura fit, si hoc
foro externo debet penitens, antequam sit, ab
mittere cautionem de satisfaciendo, id est, ab
vel pignus, vel fideiussorem, vel, si ea non possit
beturamentum proferre, quod satisfaciens, & tunc
certa sit promissa satisf. Etio. Ita c. 2. r. 2. de
excom. art. si loquamur pro foro Sacramentali, &
scientia, quamvis De Lugo, de par. dub. 2. r. 2. &
Strop. 1. mox citando loquens de satisf. promissa
Suar. allatur à Diana par. 5. r. 16. §. 1. 2. loquens
vi privileg. Mendic. & plures apud Lessl. loc. cit.
9. 1. 18. & alii eandem cautionem videntur requirere
sine distinctione de ea præmittenda loquuntur,
alii ut Trullenc. in Bull. Cruc. lib. 1. cap. 7. §. 1. &
diana Navarr. aliof. Pellizz. tom. 2. r. 1. §. 1. &
Diana par. 2. r. 16. §. 1. 2. r. 1. §. 1. 2. r. 1. §. 1. 2.
resol. 23. Pasq. de libel. quæ. 2. 2. 2. Caltr. tom. 1. r. 1.
dub. 4. par. 1. §. 5. num. 15. Bonac. de Cen. dub. 3.
num. 34. & 35. cum non esse necessariam prohibendi
cent. (exipio dictos casus Bull. Cenæ. de quibus
§. 13. & 34. & delictum tantum causam iudicandi
quando in periculo mortis conceditur ipsi Sacramen-
tum Pœnitentiæ, de quo in tractatu de interdictis
favente, dicimus.) Ratio, quod pro foro Sacramentali
fit necessaria iuramentum, sed, si sufficiat, si pro
est, quia illa cautio. Fidei pignoratitia, si vel
iuratoria pro solo foro externo impolita à Sacer-
dote esse videtur: si sufficiat ergo tunc, si peniten-
beat propositum satisfaciendi, quando potest de
valide, tum licite absolveret. Quod autem de foro

18. Quærimus secundo, quid si permitti possit factio, & non permittitur? Respondetur certe non esse loquendo, & tu Confessaris peccas, & permittitur habet Leander *trañ. 2. de excom. n. 17, §. 1. p. 10.* quia dees muneri tuo, immo etiam quia aliquid deus parit, cum, post Absolutionem, difficultas accideri solet satisfactio. Permitten, quia differt notitia, & sine carla (ut supponimus) reddere id quod debet iuste retinens, sive rem, sive famam, sive honorem alienum Dixi (per se loquendo) propter ea que mox scribam *n. 21.*

Respondet. Cum ejusmodi satisfactio fit quædam
stitutio rei, vel honoris, vel famæ ablata, adeo ne re-
stare in hoc casu debes, quemadmodum te precetur, et
te accedat aliquis injulius detentor rei altera, p-
nonduum voluit restituere, tunc verò restituere quæ-
sum, promittit. Neque enim obligatio hujus satis-
factionis aliud plus ratione sui habet, quam hujus rei
conque alia obligatio restitutionis.

20. Verum non fedit animus, Inquis enim
ecquonam modo me gerere deberem, si ageretur de
stitutione. Respondeo, id præclare doceri à Doctoribus
lib. 2. de resit. tract. 2. d. 19. dub. 1. cujus doctrinam ego

attuli lib. 8. in Decalogum tr. 4. c. 4. n. 10. Ne autem longe abeat, Ecce illam.

Pœnitenti, qui, prima vice, fateretur, se culpabiliter non restituisse alienum; nunc tamen habere firmum propositum statim restituendi, non est neganda Absolutio. Si tamen bis, aut ter, sæpius fuerat iustus in aliis confessionibus restituere, & tamen, cum posset, non fecit, regulariter non est absolvendus, quousque fecerit, te ipsa restitutionem. Ratio prioris partis est, quia sicuti in omnibus aliis, Confessarius credere potest, & debet pœnitentia in hoc. Ratio posterioris est, quia talis homo est in periculo proximo, experientia ipsa comperto, iterum differendi restitutionem; ideo non recte aliqui putant, esse probabile, absolui tunc illum posse; nam idem posset de Concubinario, etiam illo, qui la pius iustus non spectat domo Concubinam.

21. Dixi autem, regulariter non esse absolvendum; nam talis esse posset pœnitens, talesque circumstantiæ, ut Confessarius deberet esse contentus solo proposito restituendi, etiam si antea, sæpè iustus, omiserit restitutionem. Et Molina quidem exemplum adhibet, ut si Confessarius non leviter credat, pœnitentem se ipsa restitutionem statim, sine mora, quia non ea acrimonia fuerat illi iusta restitutio aliis in Confessionibus, vel si alia adfuerit circumstantiæ ad id credendum, præsertim, si injungat illi, ut non prius accedat ad Eucharistiam, quam restituit.

Hæc ibi Dicastillo, quæ tibi vsui erunt, & hæc.

21. Denique, quamvis aliqui absolute videant, docere, quæ diximus, tamen sunt adhibendæ exceptiones duæ, quæ diximus, tamen sunt adhibendæ exceptiones duæ, allatæ n. 16. altera pro casibus Bullæ Cœnæ, altera pro dubiis causam interdicti, & quoad eisdem dictæ Bullæ casus, eo modo, quo dicam §. sequ. num. 34.

§. V. De Delegatione concessa per Bullam Cruciatam circa casus reservatos.

1. **Q**ui Bullam Cruciatæ sumpserit, potest, durante anno, eligere Confessarium ex approbatis ab Ordinario, per quem Confessarium, absolui possit pro suo interno ab omnibus casibus, & Censuris: satisfacta parte, & quidem toties, quoties à reservatis Episcopo, at à reservatis Pontifici semel in vita, & semel in periculo mortis, atque ab eisdem Pontificis, iterum, in eandem Bullam sumpserit, non vero tertio si tertiam vice dicti sint publici, live occulti, (excepta semper hæresi) modo, quando delicta sunt deducta ad forum contentiosum, cautiones mox dicendæ n. 17. & 19. adhibeantur.

Circa hanc delegationem, si sequentia addotaveris omnia fere, quæ ad illam spectant, facili cognosces.

SUPER ILLUD,

Et approbatis ab Ordinario.

2. Quid hic intelligatur nomine Ordinarii, & alia hæc pertinentia dixi latè alibi, hoc est supra tract. de Sacramento Pœnitentiæ, c. 5. §. 4. Ne igitur recoctam cramdem repetamus, locum citatum adeat studiosus.

SUPER ILLUD,

Et iterum, si secundum Bullam.

3. Si à commissio delicto reservato Pontifici v. g. per lectionem libri hæretici de Religione tractantis, fuisse per Bullam jam absolutus, & deinde in eodem anno incidat, live in idem peccatum legendi librum hæretici, live in aliud specie distinctum, occupandi v. g. bona naufragantium, non potes ex vi ejusdem Bullæ in vita absolui, nec à peccato novo legendi, nec à peccato occupandi. Ratio est, qui Bulla non concedit, ut possis in vita absolui semel à quolibet peccato. Pontifici reservato; concedit enim solum vnicam Absolutionem in

vita à peccatis, Pontifici reservatis; indigebis ergo tunc secunda Bulla; ea tamen lege, ut si tertio incidat, non tibi profectura sit tertia. Ita Bardi in Bull. Cruc. p. 2. tr. 6. c. 1. §. 1. cum aliis contra quem Leander tr. 212. de exc. d. 17. §. 1. q. 83. pugnat, dicens, esse probabile per vnicam Bullam concedi, posse absolvi ab omnibus, dummodo ab unoquoque in specie semel tantum in vita, intra publicationis annum, quis absolvetur. Certè, id esse probabile, negare non possum, quia etiam hunc sensum facere commodè possunt verba Bullæ si attentè legantur.

4. Ex eo autem, quod in nostra sententia Bulla, semel, dictam reservatorum Absolutionem concedat, fit ut si in ea confessione aperias plura peccata contracta ex pluribus aliis delictis diversis, puta, occupatione bonorum naufragantium, percussione Cardinalium, laesione immunitatis Ecclesiasticæ, &c. fit, inquam, ut possis ab omnibus simul absolvi per vnam Bullam, quia, sic, vnicam Absolutionem recipis. Idem per secundam Bullam, sed non tertio, per tertiam, ut dictum est.

5. Quæres, si quis non sit vsus Bulla anno, v. g. præterito, quoad Absolutionem à reservatis, potestne illa anni præteriti vii hoc anno? Respondeo, Cum Bardi loco cit. §. 2. n. 1. seu num. 19. in editione secunda, non posse, quia privilegium solum fuit pro illo solo vno anno. Leander vero loco citato, putat non improbabile, posse, quia sequens publicatio hujus anni non suspendit privilegium absolventi, concessum anno præterito: quare, cum illud adhuc perseveret in præsentis anno, quia est gratia facta, potest Fidelis vii illo. Sed certè fallitur nam ratio, cur non possit, non est, quia illa privilegia suspenduntur à nova publicatione, sed, quia illa fuerunt solum pro illo anno; illique anno addicta. Frustra ergo ipsa Navarrum doctissimum quidem viro in suam sententiam citat, nam, si ipse Navarrus nostram hanc tam claram rationem advertisset, ab illa doctrina sine dubio abstinisset.

SUPER ILLUD,

In mortis articulo.

6. Si quilibet Sacerdos in hoc articulo potest absolute à reservatis, ut latè nuper disserimus, quid emolumenti affert hoc Bullæ privilegium? Respondeo, Duo emolumenta, alterum, quod Absolutionem hanc potest tibi conferre electus ex vi Bullæ, etiam præsentis proprio Parocho, quod certè inserviet pro illis, qui ut ibid. videmus, sustinent id tunc non posse quemlibet Sacerdotem.

7. Alterum, quod si tunc absolvaris ab excommunicatione reservata, liber eris ab onere te præsentandi Superiori, quia electus per Bullam jam est tuus Superior Delegatus à Pontifice à quo onere (si absolvaris ex vniuersali facultate concessa pro periculo mortis) liber nequaquam eris.

SUPER ILLUD,

Excepta hæresi, &c.

8. Quamvis multi multa afferant, quibus probent hæresim formalem saltem occultam posse per Bullam Cruciatæ absolui ex illo principio, quod ex vna parte potestas concessa Episcopis absolventi ab illa adhuc in ipsis ex sententia probabilissima remanet post Bullam Cœnæ, & ex alia parte Bulla Cruciatæ, concedit posse absolvi omnia, quæ possunt Episcopi, tamen cum propter ejus gravitatem, hæresis Absolutio non veniat in concessione generali, ideo, saltem hodie, non possumus, ubi est Tribunal Sacre Inquisitionis Hispanicæ, ejusmodi sententiæ adherere; quod, etiam alibi, puto, semper saltem esse commendandum. Carterum, qui de hac questione latè rationes vtrique adductas cognoscere cupit, eas legat ab aliis fuscè agitas, ut à Bar. Trull. Ludov. à Crue. aliisque cit. à Leandr. l. c. q. 85. & 86. & quæst. 38. & 39. Lege item in simili Suar. Bauci, Brun. aliosque

H 4 apud